

SVMMARIVM CONSTITVTIONVM, DECLARATIONVM, ET ORDINATIONVM,

Pro regimine facri Ordinis Prædicatorum.

ADIECTIS PARTICVLIS PRIVILEGIORVM
& Constitutionum Sedis Apostolicæ, necnon Decretorum
Concil. Tridentini, ac sacrarum Congregationum DD.
Cardinalium iuxta cuiuslibet Tractatus exigentiam.

ITEM SVMMARIVM CONSTITVTIONVM, ET
Ordinationum emanatarum pro bonis moribus Monialium, ac Per-
sonarum tertij habitus sub cura eiusdem Ordinis existentium.

Collectum labore & studio P. Mag. F. PETRI MARTYRIS FESTI
Vrceani, eiusdem Ordinis Professoris.

Nunc de novo à multis erroribus expurgatum & auctum ex Capitulis generalibus
Bononiae anno 1615. & Ulyssipone anno 1618. celebratis.



20025



PARISIIS,

Apud MICHAELEM SONNIVM, via Iacobæ,
sub Scuto Basiliensi.

M. DC. XIX.
PERMISSV SUPERIORVM.



BEATISS. PATRIARCHÆ
DOMINICO GVSMANO
HISPANO,
Ordinis Prædicatorum Institori, & Patrono.

F R. PETRVS MARTYR VRCEANVS
cuiusdem Ordinis alumnus.

NDVXIT me ad hoc Summariū coadunandum, Sanctiss. Pater, multiplex ratio. Primum quidem, quia in comitiis generalibus Romæ coactis anno 1608. commissum Patribus requiritur, ut studio eruditorum aliquot Patrum ex diuersis prouinciis selectorum illud conscriberetur, & publicaretur. Deinde quia ad R. Pater Vicarius generalis Ordinis tunc, nunc ob egregias eius virtutes, & multas res bene gestas, præcipue in Sanctiss. Inquisitionis officio, Reuerendiss. P. F. Seraphinus Siccus Papiensis Ordinis tui Magister, & Moderator, monitis suis iampridem huic operi ad auxilium praestandum suasit; Demum ut quasi sine ordine dispersa, sub diuersis capitibus collecta, facilius querentibus inuenta apparerent. Partes igit. ur Provinciæ meæ utriusque Lombardiae qualis qualis ego sim agens hoc Summariū edidi. Edant & alij, ut tandem completum & perfectum prodeat ex pluribus, ad facilius mores Religiosorum tuorum componendos. Interim verò spem illam miram quam dedisti mortis horate fletibus, dum post mortem promisisti te profuturum fratribus, imple, nos cuius iuuans precibus. Et qui co signis clarnisti
ā ij

in agrorum corporibus, nobis opem ferens Christi agris medere moribus: Et mihi, qui tibi hos labores libenter offero in mei erga te obseruantia pignus, impetrare digneris ab altissimo D. Deo crimini remissionem. Amen.

SUPERIORIS FACULTAS.

NOS Fr. Seraphinus Siccus Papiensis sacrae Theologie professor, & in Romana curia totius Ordinis Prædicatorum huncilis Procurator & Vicarius generalis. Muneris nostri ratio expostulat, ut viros doctrina insignes morumque integritate conspicuos, quos pro animarum salute, & religionis nostræ augmentatione, dum laborasse, & iugiter laborare digneceimus, sincera dilectione prosequamur. Quare cum Ad. R. Pater Fr. Petrus Martyr Vrceanus Magister nostræ Provincie Lombardie, Ordinis præfati, typis committere exoptet Summarium Constitutionum, & Ordinationum Capitulorum generalium, ac aliorum Decretorum ad Ordinem nostrum attinentium, pro communii utilitate Fratrum conditum, ac super hoc nostram requisuit et facultatem, eius petitione annuere volentes, re prius participata cum Illust. & Reuerend. D. Cardinali de Araceli, nostri Ordinis Magistro generali, præfatam licentiam libenter elargimur, dummodo dictum Summarium iuxta Ieriem nostraram Ordinationum à duobus gravioribus Patribus accurate recognitum fuerit, iudicatumque dignum ut in lucem prodire possit, seruatis omnibus quæ secundum decreta S. Conc. Trid. & Coastit. Apostolicas super hoc editas de editione librorum & eorum vnu seruari debent. In nomine Patris, & Filii, & Spiritus sancti, Amen. Datum Romæ die 21. Ianuarij 1612.

F. Seraphinus qui supra manu propria.

Fr. Lucas Castellinus Fauentinus Mag. & Socius.

APPROBATIO OPERIS.

CV M nobis impositum fuerit, ut hoc opus cuius titulus est, Summarium Constat. Declarat. & Ordinat. &c. per Patrem Fratrem Petrum Martyrem Festum Vrceanum Mag. Ord. Præd. non leui labore compositum, ac diligentia collectum, prospiceremus, omnem curam & solicitudinem adhibere conati sumus, & nihil quod catholicam fidem & bonos mores laedere in minimo possit inuenimus, nec quod regulis postremi indicis librorum obstaret, quinimo glorie & honori religioni futurum esse existimamus, si typis excudendum traderetur, ac insuper profuturum non solum religiosis Dominicanæ familie, quibus in hoc opere tales præfiguntur leges, quas obseruando coram Deo & hominibus laudabilem vitam agere possunt, verum etiam omnibus eiuscumque Ordinis regularibus, cum iuxta præfens exemplari suas quicunque moderari possit leges & mores. In quorum fidem manum propriam apposuimus.

Fr. Petrus à Florentiola lcc. Theog. Prior S. Dom. Crem. Ord. Præd.

Fr. Io. Baptista à Sestula fac. Theo. professor, Prior S. Iacobi de Soncino eiusd. ord.

D. Hieronymus Creatius clericus Regularis de mandato Adm. R. P. Inquisitoris.

Attentis præfatis attestationibus imprimitur.

Fr. Desiderius Scalia Mag. & Inquisitor Cremonæ.



S V M M A R I I

P A R S P R I M A

D E O R D I N I S P R Æ D I C A T O R V M

Institutione, Confirmatione, & Præstantia.

De Constitutionum editione , obligatione , & dispensatione , de
ædificijs & Ecclesiis, ac illarum cultu, & de moribus
ac viuendi modo Fratrum.

De ordinis Predicorum Institutione, & Confirmatione.

C A P V T I.



N N O Domini 1203. tempore Pontificatus Innocentij
3. B. P. Dominicus Ord. Prædicatorum Magister, &
institutor, natione Hispanus, de villa quæ dicitur Ca-
laroga Oxomensis diœcesis, familia nobili Gusmanorum,
vir scientia Dei plenus, vita sincerus, religione conspi-
cuus, cœpit suum Ordinem mente concipere in partibus
Tholosanis, si quidem eo tempore duodecim Abbates
Ordinis Cistercien. cum Apostolicæ sedis Legato, missi
sunt à Summo Pontifice ad eas partes, vt fidem Catholicam prædicarent, &
hæretica venena Albigentium, quæ ea loca infecerant, pro viribus propulsa-
rent: quibus de Hispania adiunctus fuit Dedacus Oxomensis Episcopus, &
hic in comitatu suo habuit B. Dominicum. Post biennium autem redeun-
tibus ad propria D. Legato, Episcopoque Oxomensi, & aliis duodecim
Abbatibus prædictis, B. Dominicus cum paucis sibi adhærentibus perman-
dit ibidem, prædicationi, & hæresum impugnatiōi insistendo ferè per an-
nos decem, usque ad tempus Lateranensis Concilij, quod fuit cœlebratum
anno Domini 1215. sub eodem Innocentio 3. Profectus est autem vir Dei
cum Fulcone Episcopo Tholosano ad dictum Concilium, Innocentiumque
adiit, & petiit confirmationem Ordinis, qui Prædicorum diceretur & esset,

A